



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Indiæ Orientalis n. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Et quia  
Lutherana  
pestis præ-  
seruatricis.

bus, ac pestilentia Lutherana, quæ his diebus comprehensa est, ex istis profecta est. Ac Societas non modo in Religiosis, alumnisque suis contaminata non est, sed etiam per eam ista venerunt in lucem mala. Vniuersique qui apud Religiosos ex ea confessi sunt, integrique perseverauerunt, & ab ista intacti lue, beneficio plane singulari Dei: cui gratiæ debentur infinitæ, ita regenti, & illuminanti, qui confidunt in illum. Ita ille Par. 2. *Hist. Soc. lib. 2. num. 126.*

Socij He-  
roes subli-  
mes, & ad-  
mirabiles.

AB EODEM, De quo Abbas Syluester Maurolicus (in *Oceano Religionum pag. 406.*) refert, à tanto Sicilia Prorege dictum ad eundem Hieronymum Domenecum de primis à Societate Patribus istic visis, ac è pulpito, *[athedraque auditis: Deus bone! (aiebat Prorex)]* ecquod hoc Herouum sublimium, & admirabilium genus est, quod nobis adduxisti?

Ad anima-  
rum lucra  
plurimas  
induit  
personas  
Societas.

2. \* A PROREGE INDIE ORIENT. Qui P. Abrahamum de Georgis videns Turcico habitu indutum, asseruit: Hæ sunt adinventiones, quibus Societas ad lucrandas Deo animas vitur, propter quas suos filios tot, ac tam manifestis terræ marique periculis exponit. Ita Tom. 2. *Viror. Illust. Soc. fol. 498. In vita P. Georgis.*

Quantum  
elimata à  
Tigrensi  
Prorege.

3. \* A PROREGE TIGRENSI In Æthiopia, qui tam humiliter de se, ac tam magnifice de Nostris, nostraque Religione sentiebat, vt plane fateretur, ac diceret, Se Societatis famulum, ipsiusque socios exalceandi indignum. Sic in *Relat. Æthiopiæ. lib. 1. cap. 13. fol. 96.*

Et ab Abas-  
sinens.

4. A PROREGE ABASSINENSI, Cuius etiam in colenda Societate tantum studium, vt cum indignum se, diceret, qui vel infimum genus Officij socijs exhiberet, Christianum hominem muneribus ample donatum, suæ etiam mensæ adhibuit, causa non alia, quam quod Societatis nostræ Patribus ministraret, quin eo aliquando se demissionis abiecit, vt ciborum etiam reliquias, quæ à religiosi nostrorum refectioe supererant, sibi sumendas cum summa veneratione colligeret: qua de re cum moueretur à Patribus, verecunde scilicet, ac tantum non moleste ferentibus, nimiam quoque tanti Principis